



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Qvod Iudaei Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Capvt XVII. De uiuificatione gentium & interfectione Iudaeorum prout  
etiam uidebitur in cap. sequenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

V E R I M E S S I A E

pore quo crediderunt iusto illi, de quo dicit Abacuh cap. iij. Egressus es domine ad salutem populi tui, ad salutem cum Christo tuo.

CAPVT XVII.

De uiuificatione gentium & interfectione  
Iudeorum prout etiam uidebitur  
in cap. sequenti.

**T**imeo, domine mi, quod Deus uictor & gloriosus uiuificat illas gētes per fidē, & interficit nos in incredulitate nostra, sicut ipse dicit per os Esaię prophete. lxxv. cap. Pro eo quod uocaui & non respondistis hæc dicit dominus Deus, ecce serui mei comedent, & uos esuriētis. Ecce serui mei bibent & uos sitietis, ecce serui mei gaudent in exultatione cordis, & uos concutiemini præ amaritudine cordis, & interficiet te Deus ò Israël, & uocabit seruos suos nomine alio, in quo benedixit illis qui est benedictus super terram, Amen. Et nos uidemus receptores istius nominis benedictos à Deo super faciem terrę, & nos dispersit. s. in captiuitate per quatuor partes mūdi. Hodie sunt mille anni, Et apparent expresse in nobis uestigia irę dei, nō ad castigationē, sed ad destructionem, & illa est interfectio quā Deus comminatus est, quod interficiet Israël, & illa Gentes uiuę, quas uocat seruos, recipient nomen quod Deus promisit, sed non ante moriē nostri nominis primi secundum ordinem uerborum Dei per Esaiam, & fames & sites quas patiemur nō est panis aut aquę, sed cordium & animarum sterilitas, & fames uerbi

P A R A S T A S I S.

uerbi dei, sicut prophetae declarant per os Amos cap. viij.  
Et tu domine, scis hoc plenius quam ego. Veruntamen Dei  
sumus in omnibus que accidunt nobis.

CAPVT. XVIII.

Quomodo Gentes per fidem  
uiuificatae habent mun-  
das obseruantias  
nouae legis.

**T**imeo, domine mi, quod gentes que iustificatae sunt,  
iam sunt mille anni postquam fuit mortuus IESVS  
in Hierusalem, quia nihil boni habuerunt antequam  
crediderunt in deo & in Christo & in Apostolis, quoni-  
am ipsi forte erant illi pisces et illae bestiae de quibus loqui-  
tur Abacuch Propheta que non habent ducem, & ipsae  
gentes purificatae per fidem habent ieiunia sua & obser-  
uantias suas legis nouae, et habent cuncta illa que ad mundiciam  
pertinet in lege antiqua contenta iudeorum. Vides quod in omni  
lingua, et in omni loco in Oriente & in Occidente Gentes sunt  
confitentes in nomine domini, & non credunt in eum per  
Moysen, nec per aliquem prophetarum, quamuis sunt studi-  
osi in lege & in libris omnium prophetarum sed Deus uoca-  
uit eos per discipulos iusti, qui egressus est cum deo ad  
salutem eorum, sicut ipse deus benedictus & gloriosus praedi-  
xit per os Abacuch Propheta. Et isti discipuli eius fue-  
runt filij nostri de filiis Israel, qui alio nomine uocantur  
Apostoli. Valde timeo, domine mi, quod isti sunt illi de qui-  
bus dixit Deus per os Dauid in psal. In omnem terram exiit

C 2 sonua